



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agrippinae, 1684

43. Abbates & alii Prælati exempti an possint subditis dare literas
dimissoriales ad ordines.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

QVÆSTIO XLIII.

Abbatēs & alij Prælati exempti, an possint subditis dare literas dimissorias ad ordines.

PAUCIS respondendum, si ita sint exempti quod Episcopi non habeant in eorum Clericos ordinationem, eas concedi posse, alias minime *cap. fin. ubi DD. de clerico peregrino ad quod Concil. Trident. inhibuit sess. 7 cap. 10. & seq. velut uberius explicavit Navarrus, quem videre poteris cons. 14. de privileg. dixi lib. 4. quest. 11.*

QVÆSTIO XLIV.

Abbatēs vel Prælati exempti an possint extraneum ordinare habentem dimissorias?

ID plane pendet à tenore privilegii, qui semper ad amussim sequendus est ut frequenter dixi *cap. porro cap. sane de privileg.* Itaque, si ejusmodi sint exempti cum omnibus membris suis familiaribus & capellis populum habentibus, id possunt propter exemptionem quam habent plenissimam *c. 2. § fin. de supplen. negl.*

Si vero exempti sint sine populo, tunc similiter id eis licebit in capellis populum non habentibus, secus si habeant populum, quia tunc prius recurrendum est ad Episcopum, qui dimissorias visitabit, & decernet ordinandum id, quod si Episcopus recuset, recurrendum erit ad superiorem ita Abb. Innoc. & DD. *cap. fin. de clerico peregrino* hac forma non observata Episcopus punire poterit ordinatum *Abb. Hofst. 10. Andr. ubi supra* quæ omnia sacrum Conc. Trid. temperavit ut præcedenti quaestione scriptum est & doctissime post omnes discussit Navarrus *cons. 14. de privil.*

QVÆSTIO XLV.

Exemptus habens dimissorias an possit ab Episcopo examinari de literatura & idoneitate.

SUMMARIUM.

1. Semel per Principem approbatus non debet iterum approbari.

Protest. *tex. pulcher. c. sanctissima dist. 73.* adeo, ut si repererit eum idoneum admittere non debeat *Archid. cap. miramur dist. 61. per tex. ca. venerabilem & ibi Innoc.*